



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 46. Oratores Eugenii Constantinopoli appulsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV.
A. C. 1437.

in Pelponneso Episcopo, quibus adhuc alii duo Doctores, illo ævo scientiæ laude facile principes accesserant, nempe Nicolaus de Cusa ex Diœcesi Trevirensi, Leodiensis Archidiaconus, & postea Cardinalis, necnon Joannes de Ragusio Ordinis FF, Prædicatorum Generalis. Hi præprimis Bononiam petunt, Papam adiuturi, ubi novem triremes probe armatas reperiunt, quasdam in Venetorum mari ceteras ad Cretensem portum in anchoris hærentes; hujus classis Navarchum Eugenius Antonium Condulmerium Neptem suum nominavit.

§. XLVI.

Oratores Eugenii Constantinopoli appulsi.

Legati Pontificis horum, quos Basileenses miserant, adventum prævenientes, Constantinopolim ingrediuntur, & conventu cum Græcis habito illos ab accessu ad urbem a Synodo decretam magno fraudum apparatu retrahere conantur (*). Inter cetera Græcis suggelle-

(*) Blondus 3. Dec. 8. rem narrat, sed falsitates ignorat, unice referens, Garetonum Imperatori persuasisse, ut quæ Basileenses ei impossibilia obtulissent, a Pontifice majora, melioraque

runt, quod Synodus, cum necessariis sum-
 ptibus se imparem agnovisset, totum
 unionis negotium in Eugenii humeros ex-
 onerasset, ac denique omnes ad diminuen-
 dam Synodi famam, & vilipensionem ejus
 instillandam aptas natasque artes sollicite
 conquiescere; quo factum, ut Imperator
 Græcorum, Patriarcha, alique Prælati iti-
 neri sese accingerent, triremibus Papæ
 in occidentem trajecturi.

sæcul. XV.
 A. C. 1437.

§. XLVII.

*Synodi Oratores paulo post ibidem ad-
 ventantes.*

At insperato nunciatum, alias quoque
 triremes a Synodo missas litori ap-
 propinquare. Condulmerius Pontificiæ
 classis Præfectus hæc naves hostiliter in-
 vadere jubebatur, idque abs dubio fecis-
 set, nisi a Græcorum Imperatore prohi-
 bitus fuisset. Ergo Synodi triremes Con-
 stantinopolis portum ingrediuntur, & Le-
 gati excensione facta Græcos conveniunt,
 omnem-

*raque spondente acceptaret. vid. Spondan. n. 4.
 nec magno apparatu legatos indiguisse censeo, ut
 Græcis Italiæ locum persuaderent, cum ipsimet
 jam antea se non aliam urbem, quam in partibus
 Pontificem inter & Græcos conventis nominatam
 accessuros professi essent.*